

NICOLAVS DE CREITZNACH.



Nicolaus ille ex diocesi Moguntinensi & comitatu Spanheimensi oriundus fuit. Hic literarum amore sese Vienam Austriæ contulit, atque felicitate ingenij fretus in virum doctissimum evulsi. Itaque in eodem gymnasio Theologie professor constitutus est. Erat in sacris scripturis eruditissimus, in philosophia promptius, & naturali facultate præditus. Vnde disputando, legendo, scribendo, & concionando tam apud scholasticos ibidem, quam apud Fridericum Imperatorem magnam eruditioris suæ laudem & mercedem obtinuit. scripsit is Quæstiones sententiarum, Collationes, Orationes, & Sermones, quibus ingenium suum posteritati declarauit. Cum autem longo tempore scholæ præfuisset, tandem anno 1491 mortuus & sepultus est. Trit.